



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuiſimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

De intentione Officij diuini. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40244**

8 Comm.in Rubr.Breuiarij. Sect.I.Cap.V.Tit.3.4.&5.

*De intentione Officii diuinii.*

T I T. I I I.

1 **S**Vficit intentio implicita orandi Deum, *Nanar. cap. 13. num. 15.* & habetur in sola Breuiarij acceptio-ne, ut recitetur Officium.

2 Qui recitat principaliter ob lu-crum distributionum, seu fructuum, siue sit intentio actualis siue virtualis, peccat, *Nanar. de Orat. c. 6. num. 15.*

3 Ille itē Religiosus peccat, qui prin-cipaliter recitat ob timorem pœnatum à Superiore irrogandarum, vel alios fi-nes minus bonos, *Nanar. ibid. num. 19.*

*De attentione Officii diuinii.*

T I T. I V.

1 **Q**Vi non attendit ad verba, vel ad sensum verborum, vel ad finem in oratione propositum, peccat; & duas primas attentiones singillatim sufficiunt, *S. Thom. 2. 2. quest. 83. art. 13.* neque meliorem tenetur qua-re, ait *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 4. num. 9.*

2 Qui recitat sine attentione actua-li, vel virtuali, peccat mortaliter; nec habitualis sufficit, quæ absque ullo voluntatis actu non raro contingit, *Azor. cap. 12. quest. 1.*

3 Qui voluntariè distractus, alia faciens quæ attentionem impedian-t, scribendo, pingendo, & similia facien-do, peccat, *Azor. quest. 3. ex cap. Dol-lentes.* vbi præcipitur attentio interior & exterior, non tamen tenetur repe-te-re; quia, licet male, volunt tamen debitu-m, *Cordub. in suis Quest. lib. 4. q. 13. ad fin.* putat *Azor.* oppositum esse ve-rius *quest. 6.* & addit *Nanar. cap. 20. num. 32.* teneri, ac si non recitasset, ad restitucionem fructuum; quod nobis magis placet.

4 Qui recitat dum vestes induit, exuit, faciem lauat, &c. peccat venia-liter, *Nanar. num. 32.*

5 Qui attente quidem recitat, sed in animo habet non satisfacere pre-cepto, tenetur repetere, *Nanar. cap. 16. num. 74.*

6 Qui tantum legit preces Hor-rias, & non orat, minimè satisfaci-t, *Nanar. cap. 13. num. 15.*

7 Qui recitat Officium, & simul audit Missam, satisfacit; peccati-men venialiter, *ex Caet. in Opus. Tom. 2. tract. 4. Negat Nanar. cap. 16. num. 71.* si iusta sit causa. At concordant omnes, nullum esse peccatum, si recitat quando Sacerdos Missa le-creta dicit.

8 Qui recitat cum alijs, satis est, si attente audiāt verba plurim, non in-gulorum, ac si ab uno tantum dicen-tur, *Azor. cap. 7. quest. 7.*

*De prolatione Officii diuinii.*

T I T. V.

1 **Q**Vi recitat solus, satis est, si verba ita proferat, ut se ipsum percipliat, & intelligat; neque sufficit, si in gurgite tantum pronuntiet, sed lingua & labia verè moueat, *Nanar. cap. 20. num. 14.*

2 Qui verba diminuit & derru-ct, syncopat & transcurrit (nisi uno linguae, vel consuetudine quadam quasi ingenita fiat) peccat saltem ve-nialiter; nec tenetur reprehendere. *Azor. cap. 7. quest. 11.* & putat verius, & probat fusiūs.

3 Qui recitat cum socio satisfaci-t, siue ille sit obligatus ad Officium, siue non; & satis est, si attendat ad Antiphonas, Capitula, & Orationes, que locas solus dicit, *Nanar. cap. 10. num. 16.* idem dic de Lectionibus, *Azor. cap. 7. quest.*